

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**


**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**In natalitiam memoriam r. patris D. Martini Lutheri oratio,  
qualenam animal sit Papa Romanus**

**Cramer, Daniel**

**Witebergae, 1595**

[urn:nbn:de:bsz:31-67794](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-67794)



80A 8946 R

*Handwritten scribble*

\*KSIFCARNI\*  
KUNST

11.  
Rf  
ST

af. 39

7/134


Theol. 535

Histor.

3. 10.

6.

Histor.



Conspectus  
Dissertationum ad histo-  
riam Lutheri, refor-  
mationis, A. S. C. et  
Ecclesiae Luther.  
spectantium.

1. M. I. A. W. de Lutheri o-  
mnia in omnibus
2. Dauhawen Memoria Thau-  
massandi Lutheri.
3. Valentini Alberti, de virtute  
heretica, Lutheri, Matthiae Fla-  
cii et Jacobi Andreae.
4. Scharfii, Joh. Lutherus re-  
formator.
5. C. T. Kangovis editio Pontifi-  
cis Rom. Leonis X. litterae in-  
dulgentiarum.
6. Danielis Gaxeri in natalibus  
memoriam Lutheri oratio, qua-

lexam annuali sit papa romanus.  
7. loh. Wencesl. deus Lutherus  
cum sole comparatus.

8. Ursus Ursus Ursus Ursus Ursus  
Ursus Ursus Ursus Ursus Ursus  
Ursus Ursus Ursus Ursus Ursus

Lutherus Lutherus Lutherus Lutherus Lutherus  
Lutherus Lutherus Lutherus Lutherus Lutherus  
Lutherus Lutherus Lutherus Lutherus Lutherus  
9. loh. Baldhaf Bernhold de cha. de cha.

factenbas pseudopropheta nuy  
in d. Martino Lutherus nuntiae  
omnium obavit.

10. Laurenti Rhodmanni oratio  
de praecipuis dei beneficiis a  
deo per VII. Saxoniae electores  
et d. Martin. Lutherum et d.  
Philipp. Melancthonem in aca-  
demiam Witeberg. collatis.

11. loh. Fr. Mayer, utrum B. Lu-  
therus philippo Landgravi  
bigauriam concesserit.


12. Joh. Andr. Danzii, pro lu-  
thero ex accinatione styli re-  
prehensio.
13. Pauli Jacobi Eckhardi Vindi-  
ciae J. Lutheri et J. Melanch-  
thonis ab infami peritura.
14. Martin. Lutheri aliquot nomi-  
na propria germanorum.
15. Nicol. Leptevici oratio histo-  
rica de initio, causis et pro-  
gressu C. A. et de vita ac  
laboribus, J. Mart. Lutheri, po-  
stremae aetatis Eliae.
16. Gottlieb Wernsdorffii, Augusti-  
nae confessionis historia.
17. Joh. Balthaf. Bernhold de fi-  
dei formulae praecipue A.  
C. iustitia et usu.
18. Alb. Georg. Schwartzii de stylo  
A. Conf.



19. Io. Christ. Guesz filii de Au-  
gustana confessione Pabli dot-  
Sicii, medici Halensis cura grae-  
ce reddita.
20. Io. Wilhelm. Loeperi, de aucto-  
ritate A. C.
21. M. Henr. Christ. Crellii de di-  
vinae providentiae vestigiis  
in scripturae A. Conf. negotio.
22. Erasm. Parthol. Egerland  
de Regulari summi numeris  
circa A. C. providentia.
23. Andr. Westphalii de duabus  
Ponderatione pro studio servatae  
A. C. etc.
24. Acad. Francos. Latina se-  
culana in A. C.
25. Geshardi Fitzii, vindictae A. C.
26. etud. Vindictae Lutheranae.
27. M. Andr. Caroli de Religio-  
ne Lutherana.

28. C. Trib. Kangis, ecclesiam  
lutheranam non schismaticam  
esse.
29. Leveni Lintrupii Anglia  
plantavit modis lutheranizans.
30. eiusd. sub Heib. Gottfr. Nassio  
Gallica multis modis luthera-  
nizans.
31. Joh. Kalckmanni proreca refor-  
mationis lutheranae tuba de  
perpetuo christianorum iubi-  
lata. Additus est catalogus  
doctorum et professorum theo-  
logiae in academia Witteber-  
gerensi.

F r u i t.



VI.

IN NATALITIAM MEMORIAM  
R. PATRIS D. MARTINI LVTHERI,

ORATIO,

QVALENAM ANI-  
MAL SIT PAPA ROMA-  
NVS, EIVSQUE DEVOTORII,  
ex capite Nono Apoca-  
lypsos:

OPPOSITA

BELLARMINO, QVI EX  
EODEM LOCO SCRIPTVRAE, QVALENAM  
*Animal sit Lutheranus, monstrose fingit.*

Habita

à

DANIELE CRAMERO,

VVITEBERGÆ,

In Collegio Novo Die 18. Novembr.

*n. Centifol. Lutherisk.  
p. 515.*



Typis Zachariæ Lehmanni,  
Anno M. D. XCV.

all

6 am 80 A 8946 R

z ✓

MAGNIFICO ET STRENUO  
VIRO, DOMINO ACHATIO HÖHEN-  
feldero, Domino in Estersheim, Almec & Peurbach in  
Austria: Domino & Mecænati suo, ob Singularis Pietas-  
tis celebritatem, Egregias Animi dotes, Doctrinæ,  
amplissimarumq; Virtutum Admiratio-  
nem, honorando:

D. D. D.



ANTVS TVVS EST, *M*agnifice, & nobilissime Domine in Euangelium  
Re-purgatum zelus, quantum est Pontificio-  
rum & Iesuitarum contra illud scelus, Quan-  
tus tuus fauor, tantus illorum liuor. Vnde quoq;  
Euangelium hoc tibi dulcissimus est odor vitæ ad vitam, illis  
odor mortis ad mortem acerbissimus, non ex suâ naturâ, sed  
quod secundum Philosophos quicquid recipitur, ad modum re-  
cipientis recipiatur. Illos ergo non moramur magnopere, sed Iu-  
dicio DEI relinquentes, ad dulcissimum illum Euangelicum odo-  
rem, quem tibi omnibusq; pijs præbet, nos conuertimus. Certè  
fragrans ille tantopere est, ut non tantum totum cor ac pectus,  
omnesq; vires Animi tui salubriter reficiat, sed & ad nos trans-  
spiret, sentiaturq; nobis, te inde resectum esse. De fragrantissi-  
mâ fragrantissimi huius Euangelici odoris famâ loquor, quæ per  
hanc Academiam spirat late, quantis Tu Charismatibus salus-  
berrimi odoris Euangelici, non imbutus, sed offusus, non riga-  
tus, sed immersus sis. Præterquam enim quod domi Aulam fa-  
miliamq; tuam omni seuerâ veræ pietatis moderatione guber-  
nans, in fide & bonis operibus conseruando, hymphidum DEI  
A 2 Verbum,

Verbum genuinum & Apostolicum Sacramentorum usum pro-  
 pagas, Idolatricas superstitiones ab Antichristo Romano mul-  
 tifariam inductas respuis, præter, inquam, hæc omnia Filios  
 tuos ceu characterem & Nobilitatis, & pietatis & virtutum  
 tuarum in iisdem vestigijs pedem figere desideras. Neq; desi-  
 deras tantum, sed & omnem curam paternam, sumptusq; libera-  
 lissimos facis, ut in præcipuis Germaniæ repurgatæ locis ita in-  
 stituantur, ut & in omni Philosophicarum disciplinarum gene-  
 re Disputando, fructum tantum ediderint, qui de Indole, de pro-  
 fectu, de futuris successibus & præcipue a certa præbeat, & spem  
 magnificam nobis deinceps faciat. Quod ergo de paruo Iulo Poë-  
 ta asserit, quod in Penatibus asportandis pro felici omine,

— — summo de vertice visus

Fundere lumen apex, tactuq; innoxia molli

Lambere flamma comas, & circum tempora pasci  
 d ego rectè de Indole & Generositate filiorum tuorum, quæ ceu  
 flammula clarè passim elucet & conspiciendam se præbet, dicere  
 valeo. Nec fieri potest aliter, nam alio exclamante:

οὐδὲ φῶς ἢ πυρὸς παρὰ τὸς ἰσχυρὸς ἀπὸ  
 τοῦ ἐξ ἡ φέρουσι ἀξίωσιν

Papæ, genus trahere à parente nobili

Papæ, genus trahere à parente nobili

Quantam vim, calcar, atq; dignitatem habet.

Nec curæ igitur, nec labori, nec liberalitati parcis, quin  
 ut Pater magnificè conatibus tuorum filiorum, indulgeas. Quis  
 bus addis singulare studium, in commendandis & promovendis  
 Alumnis alijs, à quibus spes est, quod olim Prædicationi E-  
 uangelicæ incremento esse, Ecclesiam juuare, defendere & pro-  
 pagare posse videantur. Sicut tales etiam in oculis Academiæ  
 nostræ sunt & versantur. Ut taceam quantâ munificentia,  
 officio.

officioſitate & Chriſtiani hoſpitaſitate excipere celebreris  
omnes eos, qui ex *Aegyptiaca* ſeruitute Eccleſiaſtici Pharaos  
nis Romani, liberati in Eremum ſine omni humanorum auxilio-  
rum ſubſidio conſiciuntur. Hos ſuſcipis, hos foues, hos confir-  
mas, & ſi quæ ſtipula adhuc reſidua, uris & extirpas peni-  
tus, cum tibi ad iugue nota ſint Bellarmini Stropha & Sophiſ-  
mata, quibus veritatem opprimere, vulnera Papatus ſanare, &  
faliſis dogmatibus fucum illinire mirifice tentat, ſed fruſtra.  
Vt nihil dicam de amore tuo erga Omnes pie literatos, quos fa-  
miliariter excipis & benigne habes ſemper: Sicut hoc nomine,  
Georgium Calaminum apud vos Pœtam doctiſſimum honoris  
ergo numinare poſſem inter cœteros, ſi tibi me præcone opus  
eſſet. Sed hæc tua laudabilia in *DEI* Eccleſiam facta,  
apud nos, omnesq; Pios noſtrorum Cœtuum, ſunt in oculis,  
in ore, in auribus. Vnde etiam tota veſtra Prouincia *AV-*  
*STRIA*, ſicut fecunda eſt ſun. lo, ſic etiam Euangely fru-  
ctibus eſt fertiliffima, ut ſicut Paulus de Corinthijs, ſic gratias  
merito *DEO* agamus pro vobis ſuper gratia *DEI*, quæ da-  
ta eſt vobis in Chriſto *IESU*, quia in omnibus diuites facti  
eſtis in illo, in omni verbo & in omni ſcientia, ſicut testimoni-  
um Chriſti confirmatum eſt in vobis, ita ut nihil vobis deſit in  
ulla gratia. *1. Cor. 1.* Licet interim quoq; haud negem, non deeſſe  
Prouinciæ veſtræ Pſeudoapſtolos, ſicut nec illi Corinthijs de-  
fuerunt, ipſo Paulo, circa 19. Claudij annum, anno Chriſti  
51. ibidem docente. Fuerunt enim qui crimina adueſus Paulum  
ſparſerunt, quod ſecundum carnem amularet, eſſet contentio-  
ſus, terribiles, graues & fortes mitteret Epistolas, ſermonem  
eius contemptibilem, abiectum & vilem eſſe *2. Cor. 10.* Sic non



desunt vobis Pseu doapostoli Iesuitæ, qui crimina aduersus Luth-  
therū & Lutheranos spargunt, quod secundum carnē ambulent,  
sint nescio quæ regnorum Catharmata sint contentiosi, turbent  
pacem publicam, libros scribant graues, Papam injuste Antichris-  
tum proclamant, sint in docti a sin; homines viles, abjecti. Sed  
quid hoc noui si ipsi Paulo ad Rythmum eodem modo exquisitiss-  
simè hæc omnia usu venerunt & nostra igitur etiã erit Pauli Apo-  
logia, quod videlicet ejusmodi Pseudoapostoli sint operarij sub-  
doli, transfigurantes se in Apostolos Christi, cum etiam ipse Sa-  
tanus transfiguret se in Angelum lucis, ut magnum non sit, si  
ministri ejus transfigurentur, velut ministri justiciæ, quorum fi-  
nis erit secundum opera ipsorum 2. Cor. vi. In quam sententiam  
cum & pedibus & manibus tua Generositas eat, & mea oratio  
stet fixa, non dubito quin Tua G. libenter passura sit, hanc O-  
pellam sub felicibus Höbenfeldtorum auspicijs editam exta-  
re, & Tua G. laudes in multorum conuersionem & confirma-  
tionem spargere & propagare, quod dum luceat lux vestra coram  
hominibus, videant bona vestra in Euangelium DEI opera,  
glorificetur pater noster Cælestis, qui te, totamq; tuam prolem  
& familiam illustrem in multas perennitates in agnitâ hac luce  
conseruet, Valeat T. G. & viuât. Dabantur V vitebergæ, in-  
stante Anno Nouo 1595. qui ut tibi omnibusq; Pijis feliciter  
inchoëtur, felicius præterlabatur, felicissimè finiatur, precor  
precorq;.

T. G.

Obs.

M. Daniel Cramerus Philosophiæ  
Aristot. Professor Extr.

RECTOR

RECTOR ACADEMIÆ  
WITEBERGENSIS SALOMON GESNERVS  
S. S. Theologia Doct̃or &  
Professor.



Ctavam à vigilâ Divi Martini proxime elapsâ, in quâ ante annos centum undecim Magnus ille Vir Dei, D. MARTINUS LUTHERUS editus est in hanc lucem, celebratus est Clariss: Vir, M. Daniel Cramerus, oratione publicâ. In quâ ex sacro Apocalyp̃eos libro; quo nostrorum seculorum calamitates in Ecclesia IESU CHRISTI portendi, nullum est dubium; educt, quo Pontifex Romanus cum suis satellitibus loco nobis sint habendi. Quorû *ωρεων γεαφια* facile concipiet is, qui quæ in Nono capite de Puteo Abyssi & Locustis ex eodem emergentibus dicuntur, ponderosius aliquanto pensitaverit. Cujus non nescij Pontificij, quod ex Bellarmini præconio palam est, ut hanc notam declinent, textum hunc in nos Lutheranos nostrasque Ecclesias Evangelicas miserè detorquent, idq; quam futilibus imò nullis ratiunculis, demonstrabit ille sua hac Oratione, cum quam validissimis ex fundamentis hic Textus rectius illis competat, dicendo persequetur. Quod pium illius Viri institutum, cum revocet nobis in memoriam, admirandam Dei in nos bonitatem, & paternam

nam liberationem, quã nos ex servitute Ægyptiacã  
hujus Regni Pontificij, stupendo successu, per cla-  
ram Evangelij prædicationem, eduxit, & has locu-  
stas ab agris harum Ecclesiarum afflatu spiritus sui  
abegit, Omnes & singulos Academiae nostræ Patres  
& Cives invitatos volumus, ut ad diem crastinum  
horã Nonã, in Collegio Novo, ubi hæc solennis  
Concio habebitur, interesse dignentur, & suæ præ-  
sentia luce declarent, quo erga Repurgatã à  
D. LUTHERO doctrinam sint animo: & ut hinc  
ansam capiant, Deo pro immenso hoc beneficio  
gratias agendi, ne nos quoque cum Israëlitis, ingra-  
titudinis pœnam, quam quoties Liberationis suæ ex  
Ægypto aliorumque sibi à Deo præstitorum benefi-  
ciorum immemores fuerunt, incurrerunt, incurra-  
mus, P. P. VVitebergæ 15. Cal. Decemb. Anno  
Salutis 1594.



ORATIO.



**S**I CUM VESTRIS MEA, PATRES  
 conscripti, Quirites nobilissimi, & literatis-  
 simi, vota valuissent, non foret amplius ut in  
 cæteris sacrarum paginarum libris, sic nec in  
 mysticis Apocalypseos sacra folijs, quod non  
 omnibus modis explicatum, omnibus volvolis extricatum,  
 omnibus numeris expeditum nostris manibus datum fuisset.  
 De magno illo viro DEI LUTHERO loquor, cuius  
 natalitatis memoriam hodie celebramus, quem nî no-  
 stro seculo iniquiora aliquantò ante tempus abstulissent fa-  
 ta, immò vero, nî dum in vivis fuit, tantis consuetuum con-  
 tra regnum Antichristi Romani tempestatibus jactatus  
 fuisset, quis esset, qui in solo libro Iohannis Apocalypico,  
 vel tantillum desideraret? Praterquam enim quod tota  
 totius mundi machina, regum scepra, principum sedes,  
 ad magnum & divinum hujus Herois Spiritum contremue-  
 runt, tonante nimirum ex illius ore Spiritu & λόγῳ DEI  
 Patris infracto, satis superq; quid in his mysterijs posset per  
 primam suam in hunc librum *συναγωγία* comprobavit,  
 ut hodie si quid in hoc libro videamus, id non nostris, sed  
 Divi LUTHERI oculis videmus, cognoscamus, intelli-  
 gamus, & omnes nos, nos omnes vitula LUTHERI  
 aremus.

Lutherus  
 natus Anno  
 C. 1483, viis  
 gilia Marti-  
 tini.

Vitula Lu-  
 theri.

Sed ab his utilibus sed alia magis Necessaria abris-  
 puit cum pugne alea, hostiumq; Romanorum protervitas,  
 prater cætera insuper infinita laborum, qua illum domi &  
 foris premebant, onera, ut hic optare liceat plurima, spera-  
 re non liceat, nec quicquam supersit aliud, quàm ut partis  
 bene ut amur, fruamur? non parta animo tranquillo va-  
 lere jubeamus, & pro nostrâ virili quisq; operam demus,

B ut, ceu

ut, cum boni boni patris familiās heredes, falcibus ligonibus, alysq; colendi, serendi, metendi agri Christi instrumentis, ex manu in manus nobis traditis, ita utamur, ut non tantum non patiamur spinas pristinas, in fundo agri Ecclesiastici repurgat o semel, repullulare denuo, verum ut etiam longioribus passibus in exstirpandis iisdem vepribus nos promovendo, sepimenta huius sacri agri multis parasangis longius & latius extendamus.

Hoc, ut in se pium & Christianum est, ita quoq; omnes Pios & Christianos tantoperè decere sum certus, ut nemohas partes abicere possit prius, quin ipsum Christianismum & pietatem ex toto asse exuat & abiciat.

Quod cum ita sit, & ita esse quis vestrum facile intelligat, veniam mihi dabit, quod ego, qui nec et atenes ingenio his rastrois ferundis par sim, trahendis tamen illis me sponte subjugaverim. Quod enim persuadere non potuerunt vires propriae, ad id amor pietatis, dei huius solennitas exoptata, studiumq; promovendae Ecclesiae DEI me impulerunt, dum certa spe fruor, in magnis sat esse, voluisse, in sacris pium esse, pia tentasse, idq; multo magis, cum proh dolor, in omnium sit oculis, quam fœdè adversarij nostri Papicole, ut cætera sacra, ita quoq; sacrum hunc Apocalypseos librum profanent, & miserè in abusum trahant, maximè in illis locis, quae à vicinis & proprie statum regni Antichristi concernunt: cum tam sint emundatarum narium, ut suboleant, quid futurum sit, si hæc tam aperta, & ipso Sole clariora, sacra scriptura loca, in germano suo sensu relinquuntur. Quorum cætera sciens tacito præteribo pede, & nunc quidem, pro temporis ratione, Mystera ea quae sunt in Nono maximè capite Apocalypseos, quantum ab afflatu Spiritus sancti concessum fuerit, brevibus excutiam, & à profanatione plusquam profanissima Pontificio-

Pontificiorum, maxime Bellarmini Sophista, cujus hac de  
 re a Exposito & b oratio valde in nos falsa & virulenta  
 legitur, ubi pro suo more Iesuitico, hoc est, perversa, textu  
 hoc abutens, quale sit Animal Lutheranus, monstrose fin-  
 git, vindicabo: non quod ego mihi audaculus vaticiniy tam  
 ardui & abstrusifolia omnia explicare posse præssumam, sed  
 partim, ut ceu cos aliorum ingenia acuam, partim, ut gran-  
 des illos fumos à Bellarmino pro mysticâ luce venditos, dis-  
 spescam, & ex hoc eodem loco, per Inversionem, majori  
 veritate, & candidissimis ipsius rei calculis, quale nam A-  
 nimal sit Papa Romanus, omnesq; ejus Devotory ad ocu-  
 lum demonstram.

Cujus argumenti cum tanta sit bonitas, tanta ju-  
 cunditas, tanta sanctimonia, ut etiam invitos vos, qui piy  
 audire vultis, ad summam animi attentionem, arrectamq;  
 aurium indulgentiam protrudere possit, quid est quod hic  
 pluribus vestram, Magnifice Domine Rector, Generosi, Re-  
 verendi, Consultissimi, Excellentissimi, Clarissimi viri. flos  
 juvenum florentissime, quid est, inquam, quod hic pluri-  
 bus vestram implorem benevolentiam?

Deberem ego quidem principio omnium exspaciari  
 aliquantò spaciosius in illam questionem, quo loco liber hic  
 Apocalypseos Iohannis habendus sit, & quâ classe locandus,  
 interne scripta Apocrypha, interve Canonica, non nesciens  
 cum Patrum tum recentiorum etiam diversas hac de re  
 sententias: quidem enim ut Irenæus & Tertullianus,  
 astipulante Origene, sancto Apostolo & Evangelistæ Iohan-  
 nis hanc Apocalypsin ascribunt: quidam vero, ut Dionysius  
 Alexandrinus apud Eusebium & idem Eusebius alteri  
 quàm sancto Iohanni illam assignant. Sed hanc questionem,  
 ut Gordium nodum, uno ictu fulminis Anathematici deci-

B z

dunt

a  
 Lib. 3. de  
 Rom. Pont.  
 cap. 23.  
 b  
 Sub finem  
 Tomi Testi-  
 tij.

Apocalyp.  
 Hs an Ca.  
 non, an Ap  
 pocyph.  
 Dubium.  
 c  
 lib. 5. ca. 11  
 contra  
 Hæreses.  
 d  
 lib. 4. cons  
 tra Mar-  
 tionem.  
 e  
 lib. 7. ca. 25.  
 Hstor. Eccl.  
 clef.  
 f  
 lib. 3. ca. 39.  
 Eius.

e.  
ii Decret.  
Sess. 4.

dunt nescio qui Patres Tridentini Concilij, qui tollendo discrimen inter Apocrypha & Canonica sacrarum paginarum scripta, Irenaeum, Hieronymum, Eusebium, & totam primam Apostolicam veterem Ecclesiam secus sententiam Anathematis fulmine feriunt. Hoc igitur me quæstionis labore exonerant. Hæc enim macerie destructa, quid opus est quærere interne Apocryphos Canonicosve, liber Apocalypseos referendus?

Esto ergo omnes libros Biblicos Canonicos esse, & inter hos etiam Apocalypsin, & fortius contra illos pugnabimus.

In quibus  
cum ponti-  
ficis maxi-  
ma ex par-  
te conueni-  
amus.

His igitur sepositis statim intra ipsum chorum pedem collocabo, & rem ipsam aggrediar. Dixi, de **QVINTA** nobis **TVBA** Apocalypseos, quid arumnarum, portendat, & quos notet, dicam scribi. Nam certum est, in uniuersum, septem illas tubas de quibus octavo, nono, decimo capitibus agitur, ingentes hæresium clades Ecclesia. **DEI** intentare, & quidem de prioribus **QVATVORTVBIS** amplius non pendet, præ sagiri ibi quatuor principes & horrendas hæreses, quæ Ecclesiam Apostolicam & Catholicam suis temporibus afflixerunt. **DE SEXTA** verò, quæ **Antichristi** gravissimam persecutionem; **DE SEPTIMA**, quæ mundi totius interitum designet, esto, etiam nihil amplius esse dubij. De quibus cum jam inter nos & illos constet, de **QVINTA** tantum controversia erit, quam illi in nos Lutheranos torquent; sed tantum torquent; nos in illos congruere certò & irrefragabiliter demonstramus.

Solvitur  
Ratio Bel-  
larmin.  
Cur quinta  
tuba de  
Pontifici non  
sic accipienda.

Negant autem, neq; mirum quod negent, de **SEPTIMA** hujus **TVBÆ** vaticinia accipi posse, idq; hoc prætextu negant, quòd futurum sit, ut **QVINTA** & **SEXTA TVBÆ** confundatur, quandoquidem si dicamus

camusa

camus Pontificem Antichristum, tum eo ipso ad *SEXTAM*  
*TVBAM* referendum; quod si jam iterum Pontificem  
 ad *QVINTAM* tubam referamus, confundere nos aju-  
 nt *QVINTAM* & *SEXTAM* tubas, & unam ex dua-  
 bus efficere, atq; ita sacrum ac mysticum hunc tubarum nu-  
 merum penitus destrueret. Sed nihil id scrupuli, nihil ob-  
 staculi inijcit. Fatemur commiscendas Tubas mysticas non  
 esse, fatemur sextam de Antichristo loqui, sed de Anti-  
 christo Mahometico, altero videlicet Antichristo Magno,  
 qui una cum hoc Antichristo Pontifice Romano, diversis in  
 locis simul dominetur.

Quod verò hac sexta tuba non de alio quàm de Ma-  
 homete loquatur, haud obscura, immò clarissima sunt indi-  
 cia: nam expresse Apostolus meminit regionis unde exire  
 debet pestis illa *SEXTAE TVBAE* pestilens; nempe  
 apud Euphratem flumen, in Orientis plagis is, quas ma-  
 ximè Mahometicus Antichristus occupavit: Euphrates  
 enim, si Cosmographos evolvamus, & oritur in is regio-  
 nibus, & praeerlabitur, & cingit illas, & exonerat se &  
 contendit in omnia illarum regionum loca, quae Antichri-  
 stus Mahometicus occupavit & infecit. <sup>a</sup> Strabone enim  
 & <sup>b</sup> Plinio teste, Euphrates in Armenia oriens totamq; Sy-  
 riam, Samariam; Antiochiam & Damascum urbes, prae-  
 terlabens, cingit uno latere Mesopotamiam, transit Baby-  
 lonem, exonerat se in mare Persicum, quod Persiam uno  
 litore, Arabiam altero respicit, quae loca dicta Samariam,  
 Syriam, Antiochiam, Mesopotamiam, Damascum, Persi-  
 dem, Arabiam, (ubi Mecha sepulchrum ejusdem est)  
 Mahomet occupavit, ut ex Pauli Diaconi <sup>c</sup> historijs liquido  
 constat, quod gravissimo indicio est, in sexta tuba de Ma-  
 homete cani. Ut taceam mentionem in eadem Tuba fieri,  
 non unius, sed Quatuor angelorum, itemq; exercituum,  
 equorum,

Arg<sup>o</sup> euf  
 sexta Tuba  
 de Maho  
 mete loq  
 quatur.

Euphrates  
 ubi genti  
 um:

<sup>a</sup> lib. 11. Gog.

<sup>b</sup> lib. 5. ca. 24.  
 Natur. Hi  
 stor.

<sup>c</sup> lib. 10. & 12.  
 Rerum Ro  
 mar.



equorum, loricarum hyacinthinarum & sulphurearum,  
quæ quomodo de illo uno viro Antichristo adrimulo,  
quem sibi somniant, & frustra præstolantur, & cuius quàm  
de Mahomete dici possint, non video.

<sup>a</sup>  
lib. 3. de  
Rom. pont.  
cap. 2. & 3.  
Mahomet  
anos non  
esse Paga  
nos contra  
Bellar.  
Quod nondum infringitur globulo a Bellarmini  
quem hic inicit, fieri non posse, ut de Mahomete sexta tu-  
ba intelligatur, cum Mahometani non heretici sint, sed  
Fagani: Sed fallit & fallitur Bellarminus portentosissime.  
Nam cum Mahomet Nestorij errorem complexus, & à Præ-  
ceptore suo Iacobita in Nestorianismo institutus sit, & in  
multis cum Menandriani, Ebionais, & Cerinthais sentiat,  
circumcisionem colat, Christum (licet purum hominem) de  
Spiritu Sancto tamen conceptum, & verbum DEI esse.  
& de virgine natum, justum, & sanctum non neget; Le-  
gem & Prophetas amplectatur: Moysis se æmulum faciat;  
Prophetamq; se à Deo missum jactitet; de Angeli Gabrie-  
lis visionibus gloriatur; credat unum DEVM factorem  
omnium gentium; IESVM passum, sed invitum; Chris-  
tianos præ se, ut hereticos, damnet; & ut Idolatriam,  
Christi crucem adorare vetet; Paradisum credat; ut ex  
Damascono & Nauclero ad unguem demonstrari potest,  
quo ore, quâ fronte, quâ impudentiâ queso Bellarminus  
Mahometem hereticum negabit, & Paganum appellabit?  
cum non nesciat, aut nescire debeat, quid sanctis Patribus  
dicantur Pagani, puri puri videlicet Gentiles. & cultores  
falsorum multorumq; Deorum. Quod si illi novum est

<sup>a</sup>  
s. lib. Re  
tract. cap.  
4.  
lib. 8. orig.  
cap. 10.  
De Ho  
mouso res  
cipiende.  
<sup>a</sup> Augustinum audiat: ille enim: Paganos definiens Deo  
rum falsorum multorumq; cultores usitato nomine Paganos  
vocari ait. Cum quo Isidorus consentit: Pagani inquit, ex  
<sup>b</sup> Pagis Atheniensium dicti, ibi enim in locis agrestibus &  
Pagis, lucos idolaq; statuerunt, & à tali imitio Vocabulum  
<sup>c</sup> Pagani sortiti sunt. Similiter & Marius Victorinus Afer,  
cum

eum ait: Græci quos *ἰδδλωα* vel Paganos vocant, multos Deos dicunt esse.

Sic in iure Civili, præterquam, quod Paganus pro ijs sumuntur qui non militant, intelliguntur etiam de ijs, qui Deos Gentilicios colunt, ut videre est t. t. C. de Paganis & Sacrificijs & Templis: quæ inscriptio ab Alc. 1. parerg. 13. ita restituitur, De Sacrificijs Paganorum & templis: idq; recte: Præcedentibus enim titulis egit Iustinianus Imp. de Hæreticis, qui cum Christianis cognationem habent: At vero in d. t. de Paganis, agit qui à Christianis sunt remotissimi. Vnde his etiam hoc t. t. delubris Sacrificijs superstitiosis, alijsq; circa infanda & execranda s; mulachra festis & negotijs interdicitur severissimè. Ut hinc vel lippis notum esse possit quid sint Paganus, & satis constet Mahometicam doctrinam non Paganis sed Hæreticis annumerandam esse.

Atq; ita stat adhuc immotè Sextâ tubâ Mahometem ipsum designari, nec, quod timet Bellarminus, Tubæ hæ mystica confundentur, nec qui hæreticus non sit, Hæreticis annumerabitur. His insuper turmatim succurrunt nobis rationes gravissimæ, ex ipso textu, tanquam penus quodam inexhausto petita & deprompta, cur QUINTA TUBA de Lutheranis dici nequeat, de Pontificijs autem non tantum non nequeat, sed & necessario, si textum saluum velis, accipi oporteat. Nam quod primum est, & gravissimum, clarè sonat QUINTA TUBA de Locustis, non nudè & simpliciter, sed de Locustis talibus, qui Regem quendam sibi præpositum habent: quod, ut Bellarminus vult, meo quidem iudicio de Diabolo non congruè statui posse videtur. Primum cum id ipsum omnes hæreses commune habeant, & hic de Rege, qui cum Locustis ejusdem sit generis, dicatur, quandoquidem expressè cum suis locustis ex eodem

Rationes  
cur Quinta  
tuba de  
Lutheranis  
intelligi  
nequeat.

dem puteo prodire dicatur, & inter illas Rex esse, dux,  
author, caputq̄.

Deinde, si angelus Abyssus immediatè & primò Diabolus, Rex invisibilis esset harum Locustarum, necessarium quoq̄ fore, Locustas Diabolos esse; siquidem quicquid ex inferno excernatur, id merisint Diaboli: Quicquid enim pravum inferno immersum est semel, non excernitur de novo. Immo verò necesse esset Abyssum ipsam hoc loco infernum esse, cujus præses propriè Diabolus est. Quod verò Abyssus infernus hic non sit, vel hinc patet, quòd infernus sub quatuor precedentibus tubis non fuerit clausus, & quòd fumus apertis inferni non obscuret Christum aut verbum illius; nam quò magis infernus aperitur, metusq; infernales magis incutiuntur hominibus, eò magis CHRISTVS depuratur & mundatur, verbum DEI Clarificatur, Fides & bona opera elucescunt. Et quis hæreticorum primus Infernum aperuisset, qui per Prophetas & Apostolos diu prædicando apertus fuit, & quem solus Angelus Testamenti & Consilij magni Christus Iesus, descendens non cadens de cælo, clave seu potestate prædicationis suæ reseveravit, ut sequenti capite 20. ejusdem hujus Apocalypseos docetur: Qui locus etiam de Abyssu aperta agens ne cum hoc confundatur, illic de inferno hic de Purgatorio rectè sumitur. In summa solus Christus habet clavem Inferni quam non dabit alteri cap. I. Apoc. v. 18.

Hinc ergo, cum Diabolus rex Locustarum immediatus non sit; atq; aliàs valde superciliose nobis exprobrent Pontificij, nos nullum in his terris nostro ex genere habere caput, qua vertigine queso Bellarminus jam tortus, audet in nos hunc textum contorquere? Esto enim aliàs verum esse, nos non habere in his terris unum Caput quoddam visibile, jam eo ipsò non erimus nos Locusta, de quibus Apostolus

Stolus hic ait, quod Regem sibi visibilem habeant. Prodye enim hic Angelus Abyssis & procedendo visibilem & conspicuum se reddidit, haud secus sicut caetera Locustae prodierunt, & visibiles fuerunt.

Neque hoc leve, quod Rex ille dicitur Abaddon, eodem plane nomine quo Magnus ille Antichristus, 2. Thess. 2. Filius perditionis dicitur, ut nullum sit dubium, Locustas has habituras supra se ipsum Antichristum. At qui vero si fabula de quadrimulo Antichristo vera est, quis Pontificiorum tanta erit dementiae, ut Lutherum vel Antichristum esse, vel etiam sub duce Antichristo militasse dicere ausit, ut sibi bella moveant Pontificij, si haec de Locustis in Lutheranos quadrare asserant.

Deinde cum paulo ante rationes pregnantissima sint allata, quod per Sextam Tubam certo Mahomet designetur, & certum sit, Lutherum docere non cepisse, ante ortum Mahometi, non poterunt etiam Quinta Tubam Lutherum notare, quam potius regnum Antichristi pontificium, (ridemus enim fabulas de filio illorum nondum quadrimulo,) quod Mahomete prius sit tempore, ordine Prophetiae quoque, prius designetur, alias enim frustra certo numerorum calculo denotabuntur Tubae; frustra haec prima, haec quarta, haec quinta dicitur, & in interpretatione mystica  $\psi\sigma\tau\theta\iota$   $\pi\epsilon\sigma\theta\iota\tau\theta\iota\theta\upsilon$  committetur absurdissime.

Quid quod in progressu paraphrastico monstraturimus, sic locustas has depinxit, ut illis equi currus, lorica, hoc est, brachium seculare, vis & potestas regaliter & imperatorie dominandi tribuatur; quis erit autem tam rerum peractarum imperitus, qui hanc majestatem Lutheranis, quos alias despectos & miseros appellant, imputet: immo vero quis talpa cecior non videat, de nemine rectius quam

C

de pon-

de pontifice Romano, qui sibi utrumq; gladium sumit, cani-  
scribi, dici, fingi, pingi?

Porro cum morsus & doctrina harum Locustar<sup>m</sup> in  
sic describatur, ut angat pectora, & anxys cruciet, ma-  
ceret, torqueat corda hominum carnificinis, & alias de  
Luthero clament Pontificij, cum per suam doctrinam de-  
licatula, mollicula, blanda subycere hominibus pulvinaria,  
qua fauce jam anxia reddi hominum corda per nostram  
doctrinam Evangelij convincent? mirum ni duplex cor,  
duplicem linguam, os duplex, quo calidum & frigidum  
spirent, habeant, dum modò, quod contra nos dicant, in-  
veniant.

Postremò, ut hoc addam, quod non postremum est, sic  
sex Tubæ explicandæ sunt, ut verum sit de universis, quod  
ipse Apostolus versu 20, ejusdem capituli subiicit; Cultores  
» horum Hæresiarcharum tales esse, qui penitentiam non  
» agentes adorent Dæmonia, simulachra aurea, argentea,  
» area, lapidea, lignea, quæ neq; videre possunt, neq; audi-  
» re, neq; ambulare: quis autem Pontificiorum tam erit  
effrons, qui insimulare nos possit Idolatria, quasi nostra  
doctrina abducamus homines ad cultum sanctorum, sta-  
tuarum imaginum, aut aliorum Deorum, quibus honorem  
DEO debitum tribuamus, & quod alligemus DEVM,  
quò se non alligavit in verbo, aut fingamus aliquid esse  
DEVM, quod non est DEVS? quod omninò competit  
ijs universis, qui ex nostra sententia sub istis tubis sex com-  
prehenduntur. Nonne enim Ebionitæ, Gnostici, Samosateni  
& Arrij, Pelagij, Mahometistæ sinxerunt sibi esse DE-  
VM, qui non sit DEVS, videlicet qui non sit Pater, Filius,  
& Spiritus Sanctus? nonne Pontificij relegarunt homines  
ad sanctos DEI, sanctorumq; statuas argenteas, lapideas  
lignèas colendas, colendus dico, adorandas, & honore affici-  
end. 14

endas? Sic enim expresse ad Veronica panniculum, quo  
facies Christi impressa est, orant, & alloquuntur ipsam pan-  
niculo impressam faciem: Salve sancta facies impressa  
panniculo: Nos ab omni macula purga vitiorum, atq; nos  
confortio iunge beatorum: Nos perduc ad patriam o felix  
figura, ad videndam faciem, qua est Christi pura &c.  
Audin hac de picta Christi figura, & facies debet illos per-  
ducere ad ipsam Christi faciem? quomodo igitur verum,  
ut, aliis Concilium Tridentinum pretendit, quod per ty-  
pos prototypon honoretur? Nec enim prototypon hic, sed ipse  
typus per se colitur, cui tribuitur haec vis, ut ad faciem  
Christi, a qua orando se abesse fatentur, perducatur, Et quod  
abominabilius, Reliquias Sanctorum ipsa Latria (qua alias  
soli Deo deberi dicitur) dicunt adorandas: Crucem item  
Christi pari latrias cultu: Vnde Angelus de Clavesio ait;  
Si queratur de cruce, qua Christus fuit crucifixus an sit  
adoranda, dico quod utroq; modo est veneranda: Primò,  
quia representat figuram Christi extensi in ea. Secun-  
dò, ex contactu ejus ad Christi membra, & ex hoc  
quia ejus sanguine perfusa est: unde utroq; modo a-  
doranda est, adoratione eadem cum Christo, scilicet  
latria, & ideo Crucem alloquimur & deprecamur sicut  
ipsum Christum. Quid hoc est aliud quam Lignum ipsum  
adorare & alloqui? Cum igitur, ut patet, illi ad cultum ima-  
ginum homines abducant, & nos aliis saepe incusent, quod  
sanctos, sanctorumq; imagines & statuas contemnamus, ri-  
deamus, negligamus; quis non videt, Porisma hoc textus  
generale sine pondere futurum, si nos in classem harum tu-  
barum conijciamur? & quis haeret amplius in hunc gregem  
Pontificios concedere, qui vel soli, vel maxime inter illos  
Heresiarchas, simulachra aurea, argentea, aenea, lapidea,  
lignea colunt, honorant, adorant, ut, si nulla causa sit, alia,

vel ob hanc unicam Quinta Tuba de Romano Antichristo explicanda sit.

Quid jam est, Patres conscripti, Quirites literatissimi, quod hic desideretis amplius? nonne de nobis Lutheranis Quintam Tubam planè mutam esse, & ne sibilum quidem edere, dicetis? nonne de Pontificio Antichristo quovis ære Dodonæo clariùs stentore clamosiùs, Claudianis tonitruis graviùs clangere? Fateborini id constantiùs, ubi in singulis membris seorsim textum applicatum & explicatum audiveritis, hæc enim tantum *vsq; eo modo* & generaliter, ut intelligeretis modò de nobis Lutheranis Quintam Tubam intelligendam non esse præmissa sunt hæcenus.

Quomodo  
Quinta Tuba  
de Arrio  
canat.

Et si verò quidam sunt, qui Quintam Tubam etiam de Arrio canere arbitrentur, sit tamen id ipsum saltem eò usq; quò omnes Heretici quasi in unam Antichristi hujus clavicam confluunt & multa inter se communia habent, uno videlicet Spiritu vertiginis impulsì, ducti, tracti. Et si penitiùs Ary hæresim inspiciamus, & Historias excutiamus, facillimum erit monstrare, quomodo errores suos ex Origene & plerisq; alijs antegressis Hæsiarchis suxerit, tantum quod progressum propagationis habuerit novum & felicem, ut ad superiores meritò referendus videatur. Quod qui semel observabunt, libentius mihi meaq; sententiæ palmam concedent.

Nunc quid Iohannes Apostolus vaticinetur, attendite; Quinta Tuba sonuit: signum datum est: Audite.

Et vidì, inquit, stellam de Cælo cecidisse. Stellam, ait, non in Individuo sed in specie intellectam, sicut nec Pontificatus Romanus in una persona, sed in continua falsæ doctrinæ successione fundatur & continetur. Pontificatus enim

enim hic de caelo deturbatus est: nam primâ atate qui-  
dam Episcoporum, quorum hac tempestate successores se  
gloriantur esse pontifices, in veritate fidei orthodoxa fixi  
erant, & ceu stella à suis orbibus, quibus inhaerebant, ducti  
& vecti: distraxerunt sese postea ab illâ caelesti doctrinâ  
sede, & pedetentim progressu temporis magis magisq̃,  
quasi in declivi ruinâ delapsi, in Terram tandem in res  
terrenas & in remotissimas ab illa caelesti puritate tra-  
ditiones, superstitiones, & somnia terreno hominum inge-  
nio ficta conciderunt.

Pontificatus de caelo deturbatus.

Hic arripe aures Bellarmine, ut quomodo Papam de  
caelo delapsum dicamus, intelligas. Delapsus hic doctrinâ  
est, non honoris terreni: unde frigidus es, cum ideò negas  
Sanctum Gregorium Stellam cadentem esse, quod de ter-  
ra ad caelum ascenderit, cum ex pratore Monachus, ex Mo-  
nacho Episcopus factus sit, nec unquam ab Episcopatu ad  
praturam, nec à monachatu ad seculum redierit. Salve  
bone vir, qui dum de alijs queritur, de capis respondes.  
Immo ille ascensus ex Pratura & Monachatu ad honores  
Pontificales, ipsissimus descensus fuit, de quo nos loqui-  
mur.

An. S. Gregorius ceciderit contra Bellarmino lib. 3. de Rom. pont. cap. 23.

Huic ita delapse stella, quae antea clavem regni cae-  
lorum habuit, data est clavis putei abyssi, quem aperit,  
dum Purgatorium aperit, & Missam pro vivis & mor-  
tuis sacrificandam instituit Pontificatus Romanus. Hinc  
ascendit fumus sicut fumus fornacis magnae, ut Sol justi-  
tiae Christus, & Aer, ipsa videlicet sacra scriptura, obscu-  
raretur. Nam opinione de Purgatorio, ubi peccata expur-  
ganda sint, fictâ & introductâ, Christus caligine quadam  
involutus est, ut homines non potuerint radios fidei suae  
directè in sufficiens duxerit Christi absq̃ mentis dubitatione

Puteus Abyssi. Purgatorium.

Purgatorium obscurat Christum.



mittere; quin suffuratus i illis & tectus quasi Christus videretur nube satisfactionis, que post mortem adhuc luenda esset. Quid multis? sicut Paulus de Lege ait ad Galat. 2 si per legem Iustitia, Christus frustra mortuus est,

Purgator- ita de Purgatorio quoq; verissimè dixerò, si ex Purgato-  
um obcur- rio est satisfactio peccatorum, ergò Christus frustra mor-  
rat S. Scri- tatus est, aut insufficienter Christus mortuus est. Vnde nec  
pturam. mirum, consuetario etiã nubem dulcissimis promissioni-  
bus obductam esse, ut: Oves meas a nemo rapiet ex manu  
Ioh. 10. mea; b Ego ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me:  
b  
Esaia. 43. c Non c tanget eos tormentum. Hodie d mecum eris in Para-  
c  
Sap. 3. d diso. Hec omnia tecta, hec omnia tenebris sepulta fuerunt.  
d  
Luc. 23. e Quid plura? Nonne sacra scriptura tyrannicè in occulto  
e  
habetur et obscuratur de fumo putei adhuc hodie, quando  
lectionem sacrorum Bibliorum subtrahunt & pernegant  
hominibus Christianis?

Neg; hoc satis, nam purgatorio aperto, ex ipso Abyss-  
Causa cur si huius fundo exierunt Locusta, Quanam verò sunt illa  
Locustæ de Locusta? Mi Christiane, dum puteus Purgatorij, quo ex-  
Devotorijs pianda erant hominum peccata, reserabatur, nonne tum  
Pontificijs Redemtionis loco meritis expiatorijs erat opus. Vnde verò  
sumenda. Merita illa expiatoria? ex fisco & thesauro Bonorum ope-  
rum. Vnde Bona opera in hunc thesaurum? Deponenda  
illa erant à viris sanctis & devotis in gremium Ecclesie,  
Qui illi viri sancti & religiosi? Illi qui vota fecerunt, &  
in certos Ordines iuraverunt, qui voverunt sub cultu pietatis  
& perfectionis, sine qua DEO placere non possent, perpe-  
tuum celibatum, virginitatem, paupertatem, votum oba-  
dientia Perpetua, qui voverunt abstinentiam carnis, qui  
voverunt vitam solitariam, abjurarunt vino, lectis plu-  
anis, certo generi ciborum, mundo, omnibusq; politicis  
negotijs

negotij, ut hac ratione opera superrogationis foverari  
 possent. Nonne jam hic opus erat Eremitis? nonne Mo-  
 nachis, nonne Monialibus, nonne Begghinis, ysq; tot  
 tamq; versicoloribus ordinibus distinctis, ut ne Locusta qui-  
 dem variabilioribus pingi possint coloribus? Sic sic Pur-  
 gatorum Mater fuit immo serareclusa Votorum, Ordini-  
 um, Meritorum, Indulgentiarum, ut fuerint, qui cucullos  
 & cappas, nil nisi sanctimonia fetorem spirantes, metu  
 Purgatorij magno ere sibi comparaverunt; quibus quasi  
 loricis induti & muniti, tanquam Salamandra, flammam  
 Purgatorij impune transvolarent, si fas est credere.

Purgatoris  
 um, Ordini-  
 um Ori-  
 go.

Que res inter Monachos & Clerum, utrinq; corvos,  
 sepe ingentes turbas dedit: ut in <sup>2</sup> Chronico Casinensi le-  
 gitur. Cum enim Capuani Monachi egrotum cappam mo-  
 niali induerunt, rem hanc indignè tulerunt Clerici, qui  
 hinc iacturam suorum reddituum timebant, idcoq; agmine  
 facto in defunctum cappatum irruunt, vestemq; detra-  
 ctam in plateam abijciunt pedibus in luto calcandam. O  
 atrox facinus, exclamat, illic Autor, in sanctam illam  
 Cappam! Ego verò: O miseriorem illum defunctum qui ita  
 nudus & inermis in Purgatorium deductus sit, ni fallor!  
 Aut ò verè miserrimam plebeculam, quæ tum temporis  
 his prestigijs sic dementata & à Locustis obsessa est.

lib. 4. ca.  
 74.

Verè itaq; Monachi non Locustæ tantum sed & Monacha-  
 Scorpiones fuerunt, cum data sit illis potestas, sicut habent  
 potestatem scorpiones terræ. Pupugerunt enim & in fece-  
 runt veneno suæ doctrine animos hominum, quos non occi-  
 derunt statim, sed cruciarunt & usserunt cauterio & du-  
 bitationum & falsarum opinionum, quibus in fluctus per-  
 petuos demergebant conscientias per quinq; menses, seu  
 multa.

les Locustæ  
 quomodo  
 sint Scor-  
 piones.

Dubitatio  
Scorpionū  
ictibus  
compara-  
tur.

multa annorum spacia, quae ab eventu supputanda sunt, quibus non tantum ij, qui vitā defungebantur, dubitare de salute sua, de remissione peccatorum cogebantur, verum etiam cognati & agnati illorum defunctorum causa conijciebantur in summos mæores ob purgatorij cruciatu, quos sustinere putabant suos defunctos. Quid enim putes facilius, annē perpetuo mæore de gratia DEI fluctuare, de remissione peccatorum dubitare, de vitā aeternā consequendā certum non esse, orare & de exauaitione hærere; quā Scorpionum aculeis pungi? Annē leuius iram, iudicium, odium DEI sentire; quā Scorpionum ictibus feriri? Annē leuius, metu ardentis cuiusdam rogi per multos annos cremari, quā Scorpionum spiculis tundi? Annē leuius, animo, & oculis quasi coram videre dulcissimos tuos parentes, dulcissimam tuam conjugem, charissimos tuos liberos, sorores, fratres, cognatos, amicos flammis sine fine uri, torrerī, assari, quā Scorpionum mucronibus morderi? Ah duros harum Locustarum aculeos, immites ictus, Scorpionum aculeis longē crudeliores. Nonne hīc querant potius homines mortem, nonne hīc potius desideret mens pia mori, quā vel cruciatu huiusmodi perpeti, vel alios sic maceratos misere intueri? Immo hīc tanquā torturā quadam, non tantū intima animi sensa, sed & bona omnia, & quicquid post vitam charum fuit, misellulis his animulis exterserunt.

Sub Papa  
tu Deus ser-  
uavit Ec-  
cliam.

Quid verò in tanto angore solatiū? Vnicum solatiū & maximum, quod nec laserint hæ scorpïoides Locustæ omne viride, nec omnem Arborem, hoc est, non omnes homines, sed illos tantū qui non habebant signum DEI in frontibus suis, nec erant signati Spiritu promissionis sancto: qui verò hoc Spiritu, qui est pignus hereditatis no-  
Ara.

*stra, Eph. 1. signati erant, illi ab aculeis harum Locustarum erant immunes.*

*Vnde etiam in medio Papatus regno, DEVS sibi suam invisibilem servabat Ecclesiam, suam viride, hoc est, infantes, qui Christo per Baptismum insiti & in illo virentes & vigentes primo flore perierunt: servavit etiam sibi multas arbores, hoc est, haud raros pios Doctores & Dynastas, qui intrepidi & inconcusi in radice Christo stabant, & quovis seculo hisce Antichristi Romani erroribus, praestigijs, & tyrannidi se constanter, ut arbores, opponerent, & fructum in patientia ferebant.*

*Sic enim diu & semper Constantinopolitana, Illyrica, & Dardanica saepe; Scotica & Anglica itidem Ecclesia, primatui, potestati, mandatis, legationibus Romanae Ecclesiae se opponebant. Et cum modò circa Augustini tempora arrogantia Diaconorum eò evaderet, ut presbyteris se aequare tentarent, cepit & ille hunc primatus Spiritum graviter taxare, ut legere est apud eundem in*

*Qui superioribus annis Papae se opposuerint.*

*Questionibus veteris & novi Testamenti.*

*Quaest. 101.*

*Quid quod paulò post Anastasius Imperator gravissimè Papae jugum excusserit, dicendo: Imperatoris proprium esse imperare, non imperata Pontificis capescere, ut ex Naclero & Heinricho Erphordiensis probari potest, idq. paulò post annum Christi quingentesimum. Vox verè hæc Imperatoria & quovis Imperatore digna,*

*Volum. 21  
Gener. 18.*

*Sic anno Christi plus septingentesimo multi Archiepiscopi, Episcopi, Patriarcha, Abbates, Monachi, Civitates, immò verò ipse Carolus Magnus multa contra Pontificem fortiter egerunt, asseruerunt, docuerunt: Quis enim Carolum ipsum contra adorationem & cultum*

*De Anastasio*

*D imaginum*

imaginum propria manu scripsisse & docuisse ignorat?

Sic posteris annis in Hinemaro quodam Episcopo valde laudabile est, quod in Epistola ad Laudunensem, dictum Matth. 16. Tu es Petrus, contra Papam sic explicaverit: Super hanc firmam & solidam Fidei confessionem, quam tu es confessus, edificabo Ecclesiam. Nonne hoc Papa contradicere est.

Ita post annos Christi Centum, nongentos, & amplius Ottho 1. Imperator contra Papam Synodos conscripsit & celebravit, tyrannidem & Sodomitica scelera Iohannis Papa exosus.

Quid dicam hic de Friderico secundo? quid de Ludovico quarto, Imperatoribus, qui publicis edictis proclamaverunt Romanum Pontificem monstrum biceps, contendere mundanum & Spiritualem esse, & ipsam Antichristum esse?

Prætereo cæteros, non possum enim hic omnes illas constantes arbores Pontifici se opposcentes numerare: quis est vestrum, qui, quomodo vicinioribus ad nostrorum Majorum ætatem seculis, Eberhardus Salisburgensis Episcopus, Nicolaus Gallus, Thomas Rhedomus Carmelita, Laurentius Valla, Valdo Lugdunensis, Iohannes Hus, Hieronymus Pragensis, Lutherus noster, fortiter ut trunci contra Papam steterint, non recordetur constanter?

Papa in  
conventu  
totius  
Imperij  
accusa-  
tus.

Neq; hæc in occulto acta: nam ille Eberhardus, de quo paulo ante, coram totius Imperij conventu de Tyrannide Pontificis conquestus est hisce verbis: Flamines illi Babylonia soli regnare cupiunt, ferre parem non possunt: non desistent, donec omnia pedibus suis proculcarent, atq; in DEI templo sedeant, extollanturq; super omne id quod colitur: Fames opum, sitis honorum inexplebilis est. Quò plura avido concesseris, eò plura appetit. Porriges digitum, & manum concupiscet. Licentiã omnes sumus deteriores. Qui servus servorum est, Dominus Dominorum, perinde, ac si DEVS foret, esse

et esse cupit. Sacros cœtus, atq; consilia fratrum, immò domi-  
norum suorum aspernatur. Timet, ne eorum, quæ aduersus leges  
indies magis atq; magis gerit ratione reddere cogatur. Ingen-  
tia loquitur, quasi verò DEVS sit. Nova consilia sub pectore vo-  
lutat, ut proprium sibi constituat imperium. Leges commutat,  
suas sancit, contaminat, diripit, spoliat, fraudat, occidit perdi-  
tus homo ille, quem Antichristum vocare solent, in cuius fronte  
blasphemia nomē scriptum est, DEVS sum, errare non possum:  
in templo DEI sedet, longè latèq; dominatur: sed sicut est in  
arcano sanctarum literarū. Qui legit, intelligat. Docti intelli-  
gent: omnes impij impiè agēt, neq; intelligent. Ille hæc enus.

Hic si dicas, ut effugiunt moderni Papicole, mores malos  
non doctrinam accusabam: considera quæso tecum, num si de  
sede Papa, de Concilijs, de iurisdictione Papali, de explicatione  
dicti, Matth. x. de Cultu Imaginum, de Antichristo quæstio  
moralis, an doctrina sit: si controversiam de moribus dixeris,  
facis ut nimium intelligendo nihil intelligas.

Hos igitur, & infinitos alios non vicit planè venenum ha-  
rum Scorpioidum Locustarum. Ut sæpe etiam factum sit, ut  
multi singulari divinâ gratiâ ex his aculeis in extremo mor-  
tis agone erepti sint, haud secus quam Latro in cruce: cum  
proculdubio insigne quoddâ sacræ scripturæ dictū (impruden-  
ter Monachis elapsū) arripuerint sæpe, quo seipsos in Christo,  
excussis omnium dubitationum procellis, immote, sustinuerunt.

Nunc dicite, Patres Conscripti, num ovum ovo similis, lac-  
tæ, quàm Papa & Papales Locustæ his Locustis mysticis? Plu-  
ra audietis, idq; paucis: porro enim quasi stylo arrepto effigi-  
em illorum graphicè depingit Iohannes. Nam dum Locu-  
stas appellat, quid nominat aliud, quàm animalia ventricosa  
Monachos, qui in Monasterij Curios simulant & Bachanalia  
vivunt, & ventri studentes nil nisi ventres sunt. Vnde à mul-  
tis annis non fuerunt apti vel ad volatum purum, vel ad pa-  
rum saltum. Nec enim licet sæpè calamum manumq; altiori-  
bus meditationibus rerum sacrarum applicabant, quicquam

Ineptæ quæ  
stiones Mo  
nasticæ.

laude dignum præstabant, sed in sanctis mysterijs sic habe-  
bant, ut de muribus consecratum panem arrodentibus di-  
spuerent, Et, an pro Iuda statua imprudenter caput ape-  
rire sit mortale peccatum? An Christus fuerit ordinis Præ-  
dicatorij vel Franciscani? An liceat animalia irrationa-  
lia bannire seu excommunicare, sicut Ecclesia Vincentij  
Martyris passeres fodantes Ecclesiam, excommunica-  
vit? An sacerdos indutus vestimentis glorie, intransfo-  
rum, ubi panes venduntur, & incipiât loqui verba Cano-  
nis, benedictionem faciendo super panes consecret? An  
sicut templum dealbatum ressecrandum est, sic calix deau-  
ratus denuò ressecrandus sit? An baptizari quis possit aquâ  
marinâ? An, si quis post Eucharistiam vomat, vomitus  
debeat cremari, (date mihi veniam) & cineres juxta  
altare reponi? An, si Christus instituisset formam Baptis-  
mi in his nominibus **Buff Buff** num fuisset bona forma?  
An, si quis baptizet transponendo Syllabas, Ego te baptizo  
in nomine trispa pro patris, ysi pro filij, & Ctisan Tus-  
spiri pro Spiritus Sancti, verus sit Baptismus? O nugæ,  
ô gerra scula, ô vaframenta, ô deliramenta, & si quid  
gerris, nugis, deliramentis nugatius, si vilius, si deliran-  
rius! Nonne hoc est Locustam agere, & nec volare, nec  
saltare?

Si graviora tractare contingebat, & se expedire  
non poterant, eruperunt, ut & nunc hodiè tales voces au-  
diuntur, hoc quidem verum esse secundum sacram scriptura-  
ram, sed aliter tamen sentire Papam, Decreta, & Cano-  
nes.

Disputant  
di & volans  
di modus  
Monachos  
rum & Locustarum  
idem.

At quæ ita verè accidit eis, quod Locustis, quæ alis suis  
in altum se tollere nituntur, sed quàm primùm volare in-  
cipiunt, alæ deficiunt. Sic cum maximè videri volunt  
supra omnes sublimiorum Questionum calos volitare,  
inimò

immò in illis se Angelicos, Cherubicos, Seraphicos, Ignitos, Illuminatissimos, Irrfragabiles, Consummatissimos Doctores, Oceanos literarum, Fontes vitæ, Monarchas Theologorum nominant, ad vanissimas ineptias relabuntur.

Quid? Si quibus in rebus dubijs & controversis utantur rationibus & argumentis? tu præ dolore lacrymas non cohibebis, cum tot sacrilegia sacre scriptura vides committi, tot dicta ex genuina sua sede, in peregrinum sensum trahi, tot sententias corrumpi. Sic, Semen mulieris conteret caput serpentis, non amplius de solo Christo loquitur, sed de Maria. Sic, Orietur stella ex Jacob, non amplius de solo Christo loquitur, sed de Maria. Et, Pius & clemens est Dominus, id non de solo Deo, sed S. Clemente intelligendum est. Sic, Super Aspidem & Basiliscum ambulabis, non de venenatis bestiis, sed de Imperatoribus & Regibus calcandis, accipiendum est. Sic, Data est mihi omnis potestas in celo & in terra, id non de solo Christo, sed de Pontifice loquitur. Et Lux in tenebris lucet, & tenebre eam non comprehenderunt, non de solo Christo, sed quovis sancto, & specialiter de sancta Lucia acceptandum venit. Viden' hic alas Monachalium Locustarum, quam tortuose, quam erroneè volent, ut ne quidem volent? quam succinè saliant, ut ne quidem saliant? viden' quam turpiter labascant?

Rideas autem sæpè etiàm oportet, si ineptas & ridiculas illorum attendas probationes, in quibus altè primò in præmissis Propositionibus evolant, & usq; in summum sacre scriptura thronum attolluntur, sed in conclusione mox alis defatigatis ut plumbum decidunt, planè in omnibus volatum & lapsum Locustarum imitati.

Ecce strident alis, expandunt, tolluntur in altum, dum dicunt;

Gen. 3.

Num. 24.

2. Paral. 30.

Psal. 99.

Math. 21.

Iohan. 1.

Hæc sequentia omnia ex Enchirid. Locorum communium Ecclesiarum petita sunt.



- Christus non dixit, Euntes scribite, sed euntes docete;  
**Marci ult.** Nunc quomodo relabantur, vide: Ergò major auctoritas Ecclesiæ quàm scriptura.
- Matth. 16.** Volant, dum elatè dicunt: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam: Recidunt:  
 Ergò super Petrú Apostolum ædificata est Ecclesiá.
- Matth. 17.** Elatè volant; Solus Petrus super aquas ambulavit; Recidunt:  
 Ergò hoc signum est singularis Pontificatus.
- 1. Cor. 11.** Evolant; Christus dicit, hoc facite in mei commemorationem; (*Nam facere in Bucolicis Virgilii sacrificare est.*) Recidunt:  
 Ergò cena Domini est sacrificium.
- Iacobi 5.** Evolant; Confitemini invicem alius alij delicta, & orate pro vobis invicem. Recidunt:  
 Ergò confessio est sacramentum, & singula peccata sunt enumeranda.
- Matth. 6.** Evolant; Panem nostrum substantialem da nobis hodie: Recidunt; Ergò sufficit Laicis altera species.
- Hebr. 13.** Evolant; Honorabile conjugium in omnibus; Recidunt; Ergò Matrimonium est sacramentum.
- 2. Theff. 2.** Evolan; State & tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem sive per Epistolam nostram, Recidunt; Ergò quælibet Conciliorum & Pontificum traditiones sunt servanda.
- Psalm. 138.** Evolant; Mihi nimis honorati sunt Amici tui: Recidunt; Ergò sancti sunt adorandi.
- Malach. 1.** Evolant; In omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda: Relabuntur;  
 Ergò Missa est sacrificium.  
 Evolant Bibite ex hoc omnes Scilicet Apostoli.  
 Recidunt; Ergo Laicis sufficit una species.
- 1. Reg. 2.** Evolant; Non habeo laicos panes ad manum, sed tantum panem sanctum, si mundi sunt pueri maximè à mulieribus, manducant: Relabuntur;  
 Ergò Clerici debent esse calibes.

Evolant;

Evolutant: Christus associavit sibi duodecim Apostolos, Marci 6.  
Lucæ 10.  
& septuaginta duos discipulos: Relabuntur:  
Ergo sic Papa adhihet sibi adfidentes Cardinales,  
& fortè prius in Re discipuli fuerunt Cardinales  
quàm Apostoli.

Evolutant: Qui dixerit verbum contra Spiritum Sanctum, nō remittetur ei, neq; in hoc seculo neq; in futuro. Matth. 12.  
Relabuntur: Ergo est Purgatorium.

Evolutant: Iesus cum fecisset, quasi flagellum de funiculis, Ioh. 2.  
omnes ejecit è templo. Recidunt:

Ergo Hæretici sunt occidendi.

Evolutant: Stultas & sine disciplinâ quæstiones devita, 2. Tim. 2.  
sciens, quia generant lites. Relabuntur:  
Ergo cum Hæreticis non est disputandum.

Evolutant: spiritus Prophetarum Prophetis subiectus est: 1. Cor. 14.  
Relabuntur: Ergo in Spiritualibus habemus Liberrum arbitrium.

Evolutant: Christus accepit panem & vinum: de Aqua Iavell.  
Tract. 4.  
licet non sit expressè in Evangelio, existimatur tamen cap. 3. Philo-  
soph-  
Christia  
Christum in calice miscuisse aquam cum vino, Relabuntur:  
Ergo materia Eucharistiæ est Panis, Vinum, Aqua. Christia

*Et vix evolutant, cum dicunt: Glossa super dictum Marci nz.  
Tract. 6.  
cap. 2. libri  
ejusdem.*  
sexto capite dicit, ab Apostolis morem extreme unctio-  
nis esse traditum. Relabuntur. Ergo extrema unctio est

ab is constituta. O DEVM immortalem; quo modo  
quæso exquisitiore Hypotyposi exprimere potuisset hanc  
Monasticam Theologiam Spiritus Sanctus, quàm per Lo-  
cullarum similitudinè per volatum, per saltum, per lapsum?

Ea præter autem, Locustæ describuntur hoc loco similes fu-  
isse equis in prælium paratis, habuisse loricas, sicut loricas  
ferreas, & vocem seu strepitum alarum earum sicut strepi-  
tum curruum, & equorum currentium in bellum; quibus omni-  
bus tam proluxè brachium seculare prædicatur Pontificis;  
non enim, crede mihi, sunt imbelles & inermes locustulæ,

*sed*

sed vi armorum, gladiò bello, & politica potestate potentissima, adeò, ut adversantes Imperatores cogere, pedibus calcare, coronam pedibus è capite deturbare, provincias sibi subjugare, Casares proscribere, regna transferre, & cui voluerint dare pro arbitrio & ratione meri & mixti imperij possint. Ità ajunt. Hinc illi strepitus curruum, armorum tonitrua, gladiorum & rogorum fulmina: hinc potestas illa utriusq; gladij, juxta illud, Ecce duo gladij hic.

S. LigaLo-  
ricis defsi-  
gnata.

Strepitus  
alarum  
sunt Ana-  
themata.

Vbi quoq; lorica ferrea, qua circa corpus sunt posita, hoc peculiare habent, ut designent circumstantia & impenetrabilia Principum, Regum, Dynastiarum fœdera. quibus in unâ L I G A, seu Loricarum annuli annulis, coherent sibi & Pontifici, ut unanimiter Regnum Antichristi defendant, Christi autem Regnum evertant: Id quod non fit tacite, sed cum ingenti alarum strepitu, putà terribili crepitu & strepitu Papisticarum bullarum, excommunicationum & anathematum, citationum, libellorum, accusationum, seditiosorum tumultuum, ut major non sit sexcentorum curruum bellicorum strepitus.

Pontificij  
plagiarij  
èn Luthes-  
ranos.

Caudas habent aculeatas & nodosas, ex improvisò flexiles, crines habent muliebres & facies hominum; quibus timiditas, quæ ex mala causa oritur, fucusq; muliebris, & falsa hypocrisis & infidelitas astuta, quâ fidem datam ijs, quos Hæreticis proclamant, servandam non esse asserunt, concernitur, ut, dum non speres, ex improvisò aculeum habeas cuti, immò cardi, infixum; hinc illa furtiva plagia, quibus tot Ecclesiarum socios in Austria & alibi, ex templis, ex domibus, ex hortis subdolè ad perniciem, rapiunt; Aliàs summam præ se ferunt devotionem, pietatem intimam, castitatem illibatam, bona opera plura

plura quam ab illis DEVS exigit, adeo ut alijs eroga-  
re superflua queant. Vt taceam adulatorias humilitates,  
quibus curvis se insinuant, ut virtus suorum dogmatum  
imprudenter instillent, ut quod cauda plena sint ve-  
neno mendaciorum, eodem sensu quo apud <sup>2</sup> Esaiam Pro-  
pheta mendacium docentes Cauda dicuntur. Hinc mul-  
ta dissimulant, multa negant, multa tegunt, crassas  
veteresq; veterum superstitiones mirifice extenu-  
ant, οφῶς Παρὰ τὸν ἰσχυρὸν, & possunt ~~in~~ <sup>in</sup> ~~οὐδὲ~~  
εὐ μὰ τὰ δακτύλιος ἀεὶ, donec sibi satis virium acquisive-  
runt, tum enim Leonum dentes præ se ferunt, & inra-  
bidos & dentatos Inquisitores heretica pravitate (sci-  
licet) degenerant, sciendo crudeliter, & devorando  
domos viduarum & pupillarum, & eorum bona ad se  
transferendo.

Cap. 9.

Inquisito-  
res habens  
dentes Leo-  
num.

Torrò mirum n̄ per coronas auro similes, quas ge-  
stant, designetur regalis maiestas Pontificum, cum Pon-  
tifices sibi summam Majestatem, Coronam, Regalem di-  
gnitatem, & sessionem, hoc est, regnum in templo Dei  
adscribant, & pro Deo terreno haberi velint. Vnde in  
capite triplicem Papa gestat coronam, in signum domini,  
quod in cælo, in terra, in purgatorio (utopico) habet.  
Cardinales & Episcopi rubris galericis & insulis, Monachi  
rasuris coronati sunt, quæ, ob opinionem singularis sanctis-  
simæ, coram Laicis radiant, ac si rutilum aurum esset  
pietatis merx, cum ne quidem sit as & orichalcum pieta-  
tis sincerioris.

Quid? Numquid in illis Papalibus Locustis est am-  
plius? Attendite. Regem supra se habent, videlicet An-  
gelum ejusdem Abyssi, cui nomen אֲבַדְדֹן Græcè ἀβδδόν  
E quod

Majestas  
Pontificum  
regalis.  
Rex Locu-  
starum  
Abaddon.

Prover.  
cap. 30.

צב, quod Latinis cum perditione idem est. Quid audio, etiam Locustæ Regem habent? nonne Salomon in Proverbis suis Locustas Regem non habere, sed universas per turmas suas egredi ait? qui ergo quod hæc Locustæ Regem? Non miremini Patres conscripti, nam Locustarum hoc genus novum est, quod sicut caudis, crinibus, dentibus variat à communibus Locustis, ita quoque Rege.

Quid Abaddon.  
I

Perij ego, ni hunc Locustarum gregem ipse Rex exquisitè nobis determinet: Et quid ni? cum Rex illorum proprio nomine hic vocetur. Nomen enim ejus est אבדון. At quis ille Abaddon? nemo hoc rectius quam Divus Paulus declarabit, is enim eundem, quem hic Apostolus אבדון vocat in posteriore ad Thess. 2. filium perditionis vocat, & hic αποδωρα dictum, ubi ὁ υἱος τῆς ἀπωλείας eodem sensu appellat. Hebraismus enim est filium perditionis pro perditione & perditore dicere. Clara hæc, me Christe, & evidentia ad oculum, ad voculam, ad Syllabam, ad literam omnia, ut ipse אבדון ipse Rex Locustarum sit filius perditionis, sit ipse pontifex Romanus, ut cognitis Locustis cognoscas Regem, cognito Rege Locustas cognoscas verso cardine.

II.

Sufficiunt hæc unice, ut subtiliora qua sub hoc nomine mystico mysticè latent, non sit opus excutere, alias enim plura etyma, qua sub hoc vocabulo Hieroglyphicè quasi sunt, & in Papam probè quadrant, non deessent. Nam primæ duæ literæ radicales hujus vocabuli seorsim sumptæ אב Patrem expriment, à Radice אבה voluit, quod videlicet Papa Pater esse velit, Patremque se faciens, Imperatores, Reges, & Principes suos filios nominet, quorum videlicet dum velit esse Pater, revera sit אבדון perditio.

Sic

Sic **אב** Syriacè **אבא** sonat, quod per Metathesin  
literarum est. Papa, quod cum **אברון** in unam dictionem coa-

III.

lescens ut **אבא אברון** Papam Patrem perditionis designat.

IIII.

Quod si in fine, in **י** mutetur, in medio **ד** dematur,  
et **אבוי** relinquitur, Interjectio exclamantis, qua lati-  
nè sonat papa, propter angorem & afflictiones nempe  
Papa, qui multas pariturus sit exclamations, va, heu,  
hei, papa.

At si hoc vocabulum unum **אברון** in duo resolvatur,  
ut **אב** & **רון**, tum significatur Pater qui dijudicat con-  
tentiones & controversias, ut quòd ille solus iudicet con-  
troversias Fidei, & à nemine iudicari velit.

V.

Sic etiam affinitatem habet hæc vox cum Radice  
**ברא**, qua significat effingere & excogitare aliquid fabu-  
losi in corde, qua in Futuro Piel dicitur **אברא** fortiter  
finget, eò quòd Pontificius Antichristus omnibus viribus  
& strenuo conatu fingat sibi in scrinio cordis sui, quicquid  
sibi rectum videatur, cum & supra Concilia & supra sa-  
cræ scripturam, supra Ius, contra Ius, & extra Ius, cor-  
dis sui scrinium multis gradibus sublimius efferat.

Miramini, sat scio, quòd hæc tam mirificè congruant  
in Papam Romanum omnia. Sic oportet, cum, sicut nec unum  
jota aut apicem DEVS suorum verborum perire velit, ita  
nec unum jota aut apicem frustra velit scriptum aut dictū.

Quod cum ita sit, & vestra vultuum in me liberalis  
alacritas consentire vos mihi tota sit indicio, quid restat,  
quàm ut ad portum proram meam declinem, & concludam,  
vaticinia Apocalypseos de Locustis post quintam Tubam ex  
abyssò Purgatorij emeris, nullo modo in Lutheranos cadere,  
omnibus verò numeris in Pontificè Romanū et ejusdem De-  
votorias; ut si queratur, qualenā sit Animal Papa, reddatur,

E 2 Abaddon

Abaddon illum, Filium perditionis, & Antichristum  
 esse; Monachos autem ventricosos, Monachas & Beghi-  
 nas, Eremitas, Minoritas, VVilhelmitas, Iacobitas, Car-  
 melitas, Bethlehemitas, Iesuitas, Benedictinos, Berna-  
 hardinos, Gilbertinos, Robertinos, Franciscanos, Domi-  
 nicanos, Augustinianos, Calamiatrenses, Cistercienses, Ser-  
 vos Sororum, de Poenitentia, S. Trinitatis, Scholarios,  
 Clericos, Fratres ignorantia, & quicquid vah horum in-  
 sectorum est amplius; nil nisi puras putas Locustas mysti-  
 ce hic à Iohanne designatas esse. Id cum feliciter, Deo  
 iuvante, obtinuerim, nihil restat, nisi ut contra  
 has Locustas eundem sic supplex  
 alloquar :


**T**V Deus alme, semel nostrâ quas sede locustas  
 Movisti, semper deinde fac esse procul,  
 Nam tibi stat messis; tibi culta novalia; aristæ  
 Stant tibi, & ingenti fœnore onustus ager.  
 Stat tibi plenus ager, tibi floret fertilis hortus,  
 Et tibi fragranti gramine prata virent.  
 Alveolis hinc sacra legunt alimenta, susurrans  
 Turbula, Apes, redeunt hinc satiata domum.  
 Florentem Cythisum, & redolentia germina dulcis  
 Serpelli, atq; thymi germina juncta legunt.  
 Anné Locusta ergò tam culta novalia habebit ?  
 Tam dulces segetes anné Locusta teret ?  
 Huc Notus, huc Eurus, cœlis & quicquid ab altis  
 Flare potest, dirum hunc præcipitate gregem.  
 Præci.


Præcipitate in aquas juli Spiramine sancto,  
In Stygis, in Lethes præcipitate vadum.  
Maeste agè Saxonia, tu venti prima dedisti  
Flamina, tu primo flamine prima præi.  
Succedant alij: Atq; ita erit tibi messis in herbâ,  
Christe, erit ingenti fœnore plenus ager.


D I X I.











Gilb

33833

1280-

**Sammelband.** 33 Schriften zur Reformationsgeschichte, darunter 10 die „Confessio Augustana“ betreffend. Altdorf, Frankfurt/O., Greifswald, Halle, Helmstedt, Jena, Jüterbog, Kopenhagen, Leipzig, Stargardt, Stettin, Wittenberg, zwischen 1592 u. 1731, 4to. Zus. ca. 1450 Ss. Mit einigen Holzschn. u. Druckermarken. HLdr. d. 18. Jh. (bestoß., Rück. läd.). 1280,—

Sehr interessanter Sammelband, meist Akademieschriften, zur Geschichte der Reformation, besonders zum „Augsburger Bekenntnis“, dessen 200jähriges Jubiläum eine große Anzahl von Würdigungen und Untersuchungen hervorgerufen hat. Zu den Autoren zählen A. C. Bauer, St. Besecenius, C. A. Bürger, Dan. Cramer, H. Ch. Crellius, P. Dolscius, G. Dünnebier, P. J. Eckhard, C. T. Rango, L. Rhodomanus, Nic. Selnecker u. v. a. Eine größere Zahl der Schriften sind sowohl Schottenloher als auch sogar Hammer (Melanchthonforschung) entgangen. — Bei 2 Schriften fehlt je 1 Blatt, teils gebräunt, einige alte Eintrag. — Genauere Angaben auf Wunsch möglich.

STMGRI

Lederriemen, Eichen, neu  
Überapparat angebracht

4/187/10

